ebeat· et ligulas dimittere· sollicitus ne
ota salutatrix iam turba pegerit orbem·
ideribus dubiis· aut illo tempore quo se
Frigida circumagunt pigri serraca bootae;
Qualis cena tamen· vinū quod succida nollet
Lana pati· de conuiua corybanta uidebis;
Iurgia pludunt· sed mox et pocula torques
Saucius· et rubra derterges uulnera mappa·
Inter uos quotiens libertorūq· cohortem
Pugna saguntina feruet conmissa lagoena;
Ipse capillato diffusum consule potat·
Calcatāq· tenet bellis ciuilibus uuam·
Cardiaco numquā ciatum missurus amico;
Cras bibet albanis aliquid de montibus· aut de
Setinis· cuius patriam titulūq· senectus
Deleuit· multa ueteris fuligine testae·
Quale coronati thrasea· heluidiusq· bibebant·
Brutorum et cassi natalibus; ipse capaces
Heliadum crustas· et inaequales berillos;
Vyrro tenet phialas· tibi non cōmittitur aurū·
Vel siquando datur· custos affixus ibidē·
Qui numerat gemmas· ungues obseruet acutos·
Da ueniam; preclara illic laudatur iaspis·
Nam uirro· ut multi gemmas ad pocula transfert
A digitis· quas in uaginę fronte solebat
onere· zelotipo iuuenis p̄latus iarbae·
u beneuentani sutoris nomen habentem
iccabis calicē· nasorum quatuor· ac iam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1701/0039